

- (1.) Magister: 'Modus' qui pes est? I.
 Discipulus: Pyrrhichius.
 M. Quot temporum est?
 D. Duum.
 M. 'Bonus' qui pes est? PL 1082
 D. Idem.
 M. Hoc est ergo 'modus' quod 'bonus'?
 D. Non.
 M. Cur ergo idem?
 D. Quia idem in sono, in significatione aliud. 10
 M. Concedis ergo eundem sonum esse, cum dicimus 'modus' et 'bonus'? PL 1083
 D. Litterarum sono ista uideo discrepare, cetero autem paria esse.
 M. Quid? Cum enuntiamus 'pone' uerbum et 'pone' aduerbium, praeter id, quod significatio diuersa est, nihil tibi uidetur sonus distare?
 D. Distat omnino. 15
 M. Vnde distat, cum et iisdem temporibus utrumque et iisdem litteris constat?
 D. Eo distat, quod in diuersis locis habent acumen.
 M. Cuius tandem artis est ista dinoscere?
 D. A grammaticis haec audire soleo et ibi ea didici, sed utrum hoc eiusdem artis proprium sit an aliunde usurpatum nescio. 20
 M. Post ista uidebimus; nunc illud quaero, utrum, si tympanum uel chordam bis percuterem tam raptim et uelociter quam cum enuntiamus 'modus' aut 'bonus', agnosceres et ibi eadem tempora esse an non.
 D. Agnoscerem.
 M. Vocares ergo pedem pyrrhichium? 25

1,1 mōdūs 5 bōnūs 13 pōnē ... pōnē

Augustinus Licentius A; incipit I liber de arte musica B; in nomine trino diuino incipit liber primus Aureli Augustini episcopi cum Licentio habitus de musica arte feliciter C; Aurelii Augustini musicae cum Licentio incipit liber I D; Aureli Augustini de arte musica liber primus incipit habitus cum Licentio E; incipit dialogorum Augustini et Licentii de musica liber primus F; Aurei (sic) Augustini liber primus de arte musica que idem scholaris uocatur quia sub interrogatione et responsione magistri et discipuli G; dialogus incipit sancti Augustini cum Licentio discipulo suo de musica. hic liber est primus H

1,1 magister m; M α (exc. SY); Augustinus (AG A; A FL) ζ (exc. DM) Y; om. rell. || 2 discipulus (D IJ W; Δ C G; DI e; DISCIP I) α (exc. SY) edd.; Licentius (LIQVENTIVS B (ac.) N; LIC A D; liq L; LI M; L FS) δ (exc. W) ζ || 4 duorum γ (ac. C) || 6 idem] qui et modus add. A (sl.) GHIJ edd. || 9 ergo] non add. β || 10 significatione sl. F | aliud] dauid B (ac.) || 12 cetera JLYc edd.; ceterae F; ceterum G; lnp. M 13 cum sl. F || 14 sonus uidetur tr. A (ac.) B || 16 constat e || 17 distant η (exc. Yc) A (ac.) G Y e 18 ista sl. F | dignoscere edd. || 20 sit proprium tr. Jlm | an] aut e || 21sq. bis percuterem] uis percutere δ (exc. Y) CIJ || 22 percuteres Ne l | aut] et DF || 23 tibi PL | eadem] ea C

D. Vocarem.

M. Nomen huius pedis a quo nisi a grammatico didicisti?

D. Fateor.

M. Ergo de omnibus huiusmodi sonis grammaticus iudicabit, an per te ipsum
30 istos pulsus didicisti, sed nomen, quod imponeres, a grammatico audieras?

D. Ita est.

M. Et ausus es nomen, quod te grammatica docuit, transferre ad eandem rem, quam non pertinere ad grammaticam confiteris?

D. Video non ob aliud pedi nomen impositum quam propter temporum dimen-
35 sionem, quam ubicumque cognouero, eo transferre illud uocabulum cur non audeo?
Sed etsi alia uocabula sunt imponenda, cum eiusdem dimensionis soni sunt, sed ad
grammaticos tamen non pertinent, quid mihi est de nominibus laborare, cum res
aperta sit?

M. Nec ego id uolo, sed tamen, cum uideas innumerabilia genera sonorum, in
40 quibus certae dimensiones obseruari possunt, quae genera fateamur grammaticae
disciplinae non esse tribuenda, nonne censes esse aliam aliquam disciplinam, quae
quidquid in huiusmodi uocibus sit numerosum artificiosumque contineat?

D. Probabile mihi uidetur.

M. Quod eius esse nomen aestimas? Nam opinor non tibi nouum esse omnipo-
45 tentiam quandam canendi Musis solere concedi.

D. Haec est, nisi fallor, illa, quae Musica nominatur.

II. M. Et ego hanc esse existimo. (2.) Sed iam placet nobis de nomine minime labo-
rare; modo inquiramus, si uidetur, quam diligentissime possumus, omnem huius,
quaecumque est, disciplinae uim atque rationem.

D. Inquiramus sane. Nam hoc totum, quidquid est, multum nosse desidero.

5 M. Defini ergo musicam.

D. Non audeo.

M. Potes saltem definitionem meam probare?

D. Experibor, si dixeris.

27 a² sl. A || 29 iudicauit B; indicauit F | an] tu add. DF || 32 es] est E (ac.) | eandem] eam η (exc. D) BEG edd. || 33 pertinet e || 35 eo om. Ge || 36 sed¹ om. A (ac.) B | alia] aliqua IJel | sint tCDI Yel || 37 pertinet βFMYce | quod E || 40 fateamur D; sancimus L; sanctimus (uv.) N || 42 sit uocibus tr. A (pc.) edd. || 44 eius esse om. el | nomen] ei add. el | existimas BGLNedd. | nouum esse] nomen eius LN || 45 concedi] illa add. D || 46 D om. α (exc. G) DMlm; Δ G; LIQ N; DI e | nisi] si D (ac.) || 47 M G; MA e; AU Y; AUG N; D (vel aliud interlocutoris siglum indicans Discipulum vel Licentium) rell. | existimo] M (vel aliud interlocutoris siglum indicans Magistrum vel Augustinum) add. α (exc. G Y) Dm; AG add. A (sl.)

2,1 nobis sl. A || 1sq. laborare] AUG add. BLMYc; AG add. A (ac.); A add. FH || 4 nosse om. S
5 define E